1º
15968

SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM, HIERONYMI DE ROSIS

I.C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI,

PARS PRIMA, ET SECVNDA.

~~Num 44. cax. 6. num. 22.~~

BIBLIOTECA ... UNIVERSITARIA

SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM,

AD CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES, ET IVDICIA, PERTINENTIVM

Cum Supremorum Regni Neapolis Tribunalium Deciſionibus.

PARS PRIMA, ET SECVNDA,

IN QVIBVS

Concinna, & facili methodo perpulchriores Controverſiæ Civiles, Criminales, & Feudales, iuxtà hodiernam Praxim Regni Neapolitani, explicantur;

VARIÆQVE SVPREMORVM EIVSDEM REGNI SENATVVM DECISIONES

Super eiſdem Controverſijs prolatæ, reconditis priſcorum, recentiorumque Patrum doctrinis, munitæ, utilitèr, & quàm lepidè ſubnectuntur.

OPVS

MAGISTRATIBVS, ET CAVSARVM PATRONIS PERIVCVNDVM,

Atque Studioſis omnibus, in forenſi Paleſtra, præſertim verſatis, maximè commodum.

AVCTORE

HIERONYMO DE ROSIS

I. C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO.

DVPLICI ADIECTO INDICE, ARGVMENTORVM SCILICET, RERVM, AC VERBORVM MEMORABILIVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Raillard M. DC. LXXXIX.

Superiorum facultate, & Privilegio.

12

AD ILLVSTRISSIMVM, ET CLARISSIMVM VIRVM

D. FRANCISCVM MOLES.

PARETE DVCEM

REGIVM COLLATERALEM CONSILIARIVM, ET REGIAM CANCELLARIAM REGENTEM.

DVabus potiſſimum ex cauſis, ſtudioſorum Operæ, Clariſſimis, ob litteras, & inveteratas divitias, Viris, dicantur, & voventur, una, ut operæ ipſæ, qualeſcumque ſint, à pungentiſſimis Zoilorum morſibus, calamo, papyro, & etiam armis ab eo tueantur, Altera, ut ſolvantur aliqua ſervitutis debita, quibus Dedicans eſt adſtrictus, & involutus. Vtraque Clariſſime Vir, ad Tibi dicandam hanc noſtri Genitoris defuncti, operam, qualiſcumque ſit, dum non latet eius paupertas, & eruditionum Orbitas, Nos impulit, Nos quam maximè adſtrinxit; Nam cum alium promptiorem modum ſolvendi plures obligationum nexus, quibus gravamur, non habeamus, excogitavimus, hoc voto, in partem ſaltim, Noſtro debito ſatisfacere. Recipias ergo hilari fronte hanc, licèt minimam oblationem; Nam proprium Divorum, & Magnatum erat, & eſt, parvis donarijs gaudere, & eſſe contentos.

Ad te Vir Clariſſime advolat noſtri Genitoris partus vivus, quales Nos ſumus, & mortuus, ſed loquax, qualis eſt liber hic, & ſuum

SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM,

AD CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES,

Et Iudicia pertinentium, cum Deciſionibus Supremorum Tribunalium Regni Neapolis.

AVCTORE

HIERONYMO DE ROSIS

I. C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO.

PARS PRIMA

Circa Contractus, & Vltimas Voluntates.

PRÆFATIO

ANcipites diù verſati ſumus inter ambiguos animi ſenſus, an edenda forent, quæ a nobis fuerunt in Forenſibus quibuſdam Controverſijs obſervata? diſſuadente ingenij tenuitate, cujus imbecilles partus mereri non videbantur publicam aſpicere lucem; ad editionem verò hortante *Baldi* monito *in Præludio libri Feudorum*, ubi: *Teneri*, inquit, *ſcientiarum Profeſſores, ea, quæ ſana mente conceperint, ad inſtàr ſeminis, in lucem parere.* Inter quas, diſſidentes ad invicem ſententias, mediam tandèm viam amplecti libuit, ut nec omnia in tenebris deliteſcere, nec omnia in publicum prodire ſineremus, ab ejuſdem *Baldi* dicto incitati, aſſerentis in *Proœmio Decretalium n. 3.* quòd quemadmodum triſte eſt diviti ſine hærede decedere, ita miſerrimum eſſe dicatur habenti à Deo gratiam intellectus, nihil ſcriptum poſteris ſuis, ſcilicèt, ſtudioſis relinquere, in quo poſſint hæredes intellectus aliqualitèr conſolari: unde evenit, ut pleriſque prætermiſſis, & ad ſanioris deliberationis tempus reſervatis, Selectiores aliquas Obſervationes, Typis depromendas traderemus; exindè Titulum Operi inſcribentes: SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM; in quibus, ſi aliquid boni continebitur, Deo Optimo Maximo ſcientiarum omnium Authori, & Largitori tribuendum; ſi verò quid inutile in eis deprehendi contigerit, tanquàm humanæ fragilitatis argumentum humanitèr excipiant, humaniſſimi Iuris ſtudioſi, quibus interim pro Reipublicæ litterariæ ornamento, Neſtoreos deprecamur annos.